Connoscida cosa sea a todos los omes que esta Carta uieren cuemo yo don ALFONSO por la gracia de dios Rey de Castiella. de Toledo. de Leon. de Gallizia. de Seuilla. de Cordoua. de Murcia. et de Jahen. Quando uin a Toledo a fazer hy mis cortes. uinieron a mi los Caualleros et los omes buenos del Conceio de Toledo. et amostraron me sus priuilegios delos buenos fueros et delos bienes et delas franquezas que les fizieran el Rey don ALFONSO et el Rey don ALFONSO Remondez et el Rey don ALFONSO mio uisauuelo et confirmados del Rey don FERRANDO mio padre. Et pidieron me merced que yo que gelos otorgasse e gelos confirmasse. et los priuilegios eran fechos en esta guisa. Ut facta regum ac principum memoria que digna sunt assequi scripture sunt beneficio solidanda. Iccirco ego FERRANDUS dei gratia Rex Castelle et Toleti. cupiens progenitorum meorum uestigiis inherere. et eos in meis actibus pro posse imitari. uolensque libertates et laudabiles consuetudines confirmare. quas ipsi suis fidelibus contulerunt. una cum uxore mea dona Beatrice regina et cum filio meo Alfonso. ex assensu ac beneplacito domine Berengarie regine genitricis mee. facio cartam concessionis. roborationis. confirmationis et stabilitatis. uobis Concilio Toletano. militibus. ciuibus. tam mozarabibus quam castellanis seu francis presentibus et futuris. perpetuo ualituram. Concedo itaque uobis et confirmo toti concilio uestro omnia que in illis subscriptis priuilegiis que a meis progenitoribus uestri predecessores impetrarunt de uestra libertate et commodo continentur. quorum tenorem transcribi feci uobis ad uerbum sub una pagina in hunc modum. Sub imperio alme et indiuidue trinitatis patris uidelicet et filii et spiritus sancti unius quidem omnipotentis dei hoc pactum renouatum et sed firmissimum iussit renouare et confirmare uenerabilis Rex ALDEFONSUS Raymundi filius ad omnes ciues Toletanos scilicet Castellanos. Mozarabes atque francos. propter fidelitatem et equitatem illorum et illos priuilegios quos dederat illis auus suus ALDEFONSUS Rex cui det illi deus optimam requiem. meliorauit et confirmauit pro amore dei et remissione omnium peccatorum suorum. Sic uero et omnia iudicia eorum secundum librum iudicum sint iudicata. coram decem ex nobilissimis et sapientissimis illorum qui sedeant semper cum Iudice ciuitatis ad examinanda iudicia populorum. et ut precedant omnes in testimoniis in uniuerso regno illius. Similiter et omnes etiam qui nocte et die pro se et omnibus xpianis omnipotentem deum exorant: habeant absolutas suas hereditates in reddendis decimis. Sic uero dedit libertatem militibus a portaticos de Caballis et mulis in Ciuitate Toleto. Et si quis captiuum xpianum eruerit in captiuo mauro: non det portaticum. Et quantum dedit Rex militibus Toletanis de muneribus sine pecia sit diuisum inter illos. scilicet castellanos et Gallecos et mozarabes. quomodo fuerit in numero unum ab aliis. Et quod non sint pignorati tam milites quam ceteri ciues Toletani in uniuerso regno illius. Quod si aliquis ausus fuerit unum ex illis in omnibus regionibus suis pignorare. duplet pignora illa et soluat regi sexaginta solidos. Adhuc autem et milites illorum non faciant annubdam: nisi uno fossato in anno. Et qui remanserit ab illo fossato. sine ueridica excusatione. soluat Regi decem solidos. Et qui ex illis obierit. et equum aut loricam seu aliqua arma regis tenuerit: hereditent omnia filii sui siue suppropinqui et remaneat cum matre sua honorati et liberi in honore patris illorum donec ualeant equitare. Nam et si sola uxore relinquerit sit honorata: in honore mariti sui. Sic quoque et qui inter ciuitatis aut foras in uillis in solaribus suis commorauerint et contentiones et iniuria inter illos acciderint. omnes calumpnie illorum sint suorum. Si quis uero ex illis in Francia aut in Castella siue ad Gallecia seu quocumque terra ire uoluerit: relinquat caballerum in domo sua qui pro eo seruiat infra tantum et uadat cum dei benedictione. Et quicumque cum uxore sua ad suas hereditates ultra serra ire uoluerit: relinquat caballo in domo sua et uadat in octubrio et ueniat in primo madio. Quod si ad hoc tempus non uenerit et ueridica excusatione non habuerit. soluat regi sexaginta solidos. Si uero uxore non leuauerit: non relinquat cum ea cabalerum. tam ad hoc placitum ueniat. Similiter et agricole et uinearum cultores reddant de tritico et ordeo et uinearum frugibus decimam partem regi. non plus. Et sint electi ad scribenda decima hanc: homines fideles. diuque omnes. mercede regis accipientes. Et quod sit adductum in tempore triturationis messium ad extra regis et in tempore uindemiarum ad uoctaria eius. Et accepta de eis cum ueridica et equali mensura uidentibus duobus uel tribus fidelibus ciuitatis. Et hij qui hanc decimam Regi soluunt: non sit super eos aliquod seruicium ad faciendum super bestias illorum. non serna. nec fossateria. nec uigilia in ciuitate. neque in Castello. sed sint honorati et liberi et ab omnibus facteribus imparati. Et quisquis ex illis equitare uoluerit in quibusdam temporibus equitet et intret in mores militum. Nam et quicumque habuerit hereditatem aut uillam iuxta flumen de fluminibus Toleti in ipso flumine molendinum aut (…) sine pesquisa edificare quesierit: faciat sine ullo timore. nec non et habeat ipsi et filii sui et heredes eorum. omnes hereditates suas firmas et stabilitas usque in perpetuum. Et quod uendant et emant uni ab alteris et donent ad quem quesierint: et unusquisque faciat in sua hereditate secundum suam uoluntatem. Sic uero et si aliquis (…) det illi deus requiem abstulit aliquam hereditatem uni eorum per uim aut per iniusticiam absque culpa palatina quod in ea sit reuersa. Et item qui hereditates in quacumque terra imperii illius habuerit: iussit ut sayones non intrent in eas nec maiorinos. sed sint in parte. pro amore populationis illius. in Toleto. Nam et cum dei adiutorio de quantis ciuitatibus mauros. ut habeat fiducia ad eum. ut et illi qui de ipsis ciuitatibus fuerint. ibunt recuperare hereditates suas et quod uendiderunt eas de Toleto cum morantibus Toleti. Sic quoque et illi qui ultra serra sunt. si aliquod iudicium habuerit cum aliquo Toletano quod ueniat ad medianetum in calatalifa et ibi se iudicent cum eo (…) iura patrum obedire et implere precepta: iussit amplificet deus regnum ipsius. ut nullus iudeus. nullus maurus imperet nec mandamentum super ullum xpianum in Toleto. nec in suo territorio. Decreto uero si aliquis homo ceciderit in homicidium. aut in aliquem liuore absque sua uoluntate et probatum fuerit per iudicas testimonias. si fideiussore dederit: non sit retrusus in carcere. et si fideiussore non habuerit: non fiat alicubi extra Toleti. sed tantum in Toletano carcere trudatur. secundum de alfada. Et non soluat nisi quinta parte calumpnie. non plus. Quod si aliquis aliquem hominem occiderit inter Toleti aut foras infra quinque miliarios in circuitu ex morte crudelissima lapidibus moriatur. Et non de occasione xpiani uel mauri siue iudei per suspicionem accusatus fuerit: nec fuerit super eum ueridicas fidelesque testimonias. iudicetur cum per librum iudicum. Si quis quoque cum aliquo furto probatus fuerit: tota calumpnia secundum librum iudicum soluat. Sic uero et si populo impediente aliquis homo ex cogitauerit aliquam traditionem in Ciuitate aut in Castello et discoopertum fuit per fidelissimas testimonias: ipse solus portet malum aut exilium. Si non fugierit et inuentus non fuerit: portionem suam de toto suo habere regi accipiant et remaneat uxor sua cum filiis suis in portione sua inter ciuitatis et foras sine ullo impedimento. Hoc iudicium dedit nobilissimus rex adefonsus raymundi qui hoc priuilegium confirmauit et iussit ut nullus pausator descendat in una ex domibus Toletanorum: intra ciuitatis nec in uillis suis. Et si mulier ex mulieribus eorum uidua fuit aut uirgo. non sit data ad maritum inuita. nisi per se. neque per aliquam potentem personam. Similiter et nullus erit ausus rapere mulierem de mulieribus eorum mala si fuerit aut bona. in ciuitate nec in uia. neque in uilla. Et qui unam ex illis rapuerit: morte moriatur in loco. Sic etiam honore xpianorum confirmauit. ut mauri et iudei si habuerint iudicium cum xpiano: quod ad iudicem xpianorum ueniant ad iudicium. et quod nulla arma neque ullum caballum de sella exeant de Toleto. ad terras maurorum. Et placuit ei ut ciuitas Toleti non sit pessumo. nec sit in ea dinastie preter eum neque uir neque femina. Et in tempore estatis succurrant Toletum defendere ab omnibus uolentibus ea opprimere. siue sint xpiani siue mauri. Et iussit ut nulla persona habeat hereditatem in Toleto: nisi qui morauerit in ea cum filiis suis et uxore sua. Et hedificato muris exterius semper de commodis et utilitatibus Toleti. hec autem erant in tempore aui sui Aldefonsi regis. sit ei beata requies. Si aliquis castellanus ad suam terram ire uoluerit uadat et super hoc totum exaltet deus imperium suum. Dimisit illis omnia pecta que accidere de occisione iudeorum et de rebus illorum et de totis perquisitionibus tam maioribus quam minoribus. Et cetera que spectat ad continentiam priuilegii. Et aliud priuilegium. Que ea que a regibus et a terre principibus instituuntur. scripto firmantur ne temporum diuturnitate obliuioni tradantur. Iccirco ego ALDEFONSUS dei gratia Rex Castelle et Toleti una cum uxore mea Allienor regina quam uos perspicatissimos et fideles et seruicios meos inueni. facio cartam libertatis. absolutionis. et stabilitatis. uobis toti Toletano concilio presenti et futuro imperpetuum ualituram. Dono itaque et concedo omnibus Toleti militibus et toti termini sui presentibus et futuris. quod de omnibus hereditatibus quas habent in Toleto aut in aliqua parte imperii sui ut de ceto habuerint: nullam decimam nec forum aliquod regi nec domino terre. nec alicui alii. unquam persoluant. Et quicumque de manibus eorum hereditates uestras excoluerint. de fructibus inde perceptis nullam decimam tribuant. sed predicti milites cum omnibus hereditatibus suis. liberi et immunes ab omni regali tributo grauamine et exactione per secula cuncta permaneant. Et cetera de continentia priuilegii. Et aliud. Notum sit tam presentibus quam futuris. quod ego ALDEFONSUS dei gratia Rex Castelle et Toleti uidens priuilegium illud quod Rex ALDEFONSUS proauus meus felicis memorie olim Toletanis ciuibus fecerat. in quo continebatur quod quicumque morarentur in Toleto. ibidem manentes et miliciam faciendo sicut mos Toleti: erant excusati et absoluti ab omni alio pecto et fazendera in toto regno suo. Ego itaque predictus Rex Al. uolens predecessorum meorum facta rata esse et firma. una cum uxore mea Allienor Regina et cum filio meo Fferrando. facio cartam libertatis et absolutionis. uobis toti concilio Toletano presenti et futuro. mandans ac firmiter precipiens. quod quicumque in Toleto morati fuerint. ibidemque manentes et miliciam sicut mos Toleti fecerint: de hereditatibus suis quas in toto regno meo habuerint: nullam faciant postam uel facendariam. seu pectum aliquod. sed pro morantia et facienda apud miliciam Toleti: sint excusati in omnibus aliis ullis regni mei. Et reliqua de continentia. Et aliud. Presentibus et futuris notum sit ac manifestum. quod ego ALDEFONSUS dei gratia Rex Castelle et Toleti. una cum uxore mea Allienor Regina et cum filio meo Fferrando. libenti animo et uoluntate spontanea: facio cartam donationis. concessionis. et stabilitatis uobis uniuerso concilio Toletano presenti et futuro: perhenniter duraturam. Dono itaque uobis et concedo illam melonem in Toleto ubi uenditur triticum. ut eam habeatis in perpetuum et accipiatis semper omnes medicuras et directuras que in eodem melone euenerint. de omni tritico quod ibi uenderit ita quod quantum acceptis de illis medicuris et directuris: expendatis in illis que necessaria fuerint circa communem utilitatem totius concilii Toletani. Et quod inde superfuerit de medicuris illis et directuris. deductis predictis expensis: detis et expendatis in opere murorum de Toleto. Ita tamen hoc ducimus concedendum: quod dominus archiepiscopus et canonici ecclesie Toletane sedis percipiant semper decimam de omnibus illis medicuris et directuris que euenerint in illo predicto melone. Et cetera de continentia. Item aliud. Per presens scriptum notum sit omnibus tam presentibus quam futuris. quod ego ALDEFONSUS dei gratia Rex Castelle et Toleti. una cum uxore mea Allienore regina et cum filiis meis Fferrando et Henrico. concedo et confirmo concilio Toletano sicut fecit proauus meus rex ALDEFONSUS bone memorie. quod omnes uille que sunt in termino Toleti et aldee: siue sint mee. siue de apotheca mea. siue domini archiepiscopi Toletani. siue ecclesie sancte marie. siue salutis (…). siue hospitalis. siue ordinis de ucles. siue militis. siue cuiuscumque hominis: facenderam faciant cum ciuitate. sicut fecerunt ciues illi ciuitatis. Tamen excepimus ab hac generalitate. Ilhescas. que fuit propria hereditas imperatoris. et Ulmos. et Ocaniam et montaluan cum suo termino que nunquam hoc fecit. Uerumptamen de uillis domini archiepiscopi et aldeis et ecclesie sancte marie: mandamus ita. quod postam et facenderam quam super diximus illos debere facere cum ciuibus Toletanis. faciant eam non per manum eorum. sed per manum hominis domini archiepiscopi. qui colligat et det ea alcaldibus Toleti. Non enim uolumus quod alcaldes uel ciues Toletani habeant aliquam potestatem. uel aliquam primiam super homines archiepiscopi et ecclesie (…) et cum ista pecta quam facient ciuibus Toletanis: sint liberi et immunes ab omni pecta et facenda regis. Et si ego uel filii mei aut aliquis de genere meo uoluerit aliquam pectam uel aliam facenderam habere de hominibus supradictis domini archiepiscopi et ecclesie sancte marie: non teneantur aliquam pectam uel facenderam facere cum ciuibus Toletanis. Et cetera Spectancia ad continentiam priuilegii. Item aliud. Per presens scriptum sit notum omnibus tam presentibus quam futuris. quod ego ALDEFONSUS dei gratia rex castelle et Toleti. una cum uxore mea alienore regina et cum filiis meis Fferrando et henrico. attendens dampnum ciuitatis Toletane et detrimentum quod inde eueniebat etc: statuo cum bonis hominibus de Toleto. quod nullus homo de Toleto siue uir siue mulier possit dare uel uendere hereditatem suam alicui ordini. excepto si uoluerit eam dare uel uendere sancte marie de Toleto. que est sedes ciuitatis. sed de suo mobili det quanta uoluerit secundum suum forum. Et ordo qui eam acceperit dati uel empta: amittat eam et qui eam uendiderit: amittat morabetinos. et habeant eos consanguinei sui propinquiores. Ego tamen cum concilio condonaui domino Gonsaluo petri de Turrecremata et suis (…). petro arnulfi de portugal et Garsie petri de fonte almexir. quod hereditatem suam et mobile conferant: cui siue secundum uoluntatem. illud scilicet quod hodie tenent. Condonaui insuper illud quod eis et filiis suis: et suis nepotibus. Concedimus etiam quod illud quod dona Luna ante istam institucionem concessit Burgensi monasterio Sancte marie regalis cum suis directuris ualeat. miles autem de alia parte qui hereditatem habet in Toleto ut habuerit: faciat ibi mansionem cum suis inquilinis. alioquin amittat illam et conferat illam rex cuicumque uoluerit. qui pro ea faciat manentiam. Et cetera de continentia priuilegii. Supradicta igitur priuilegia et omnia que in eisdem continentur: ego rex FF. supra nominatus uobis concedo. roboro et confirmo. mandans et statuo obseruari. irreuocabiliter in eternum. Si quis uero hanc mee concessionis paginam infringere. seu in aliquo diminuere presumpserit: iram dei omnipotentis plenarie incurrat et cum Iuda domini proditore penas sustineat infernales. et regie parti: mille aureos in Coto persoluat. quodque presumpserit: effectu careat. et dampnum quod uobis super hoc intulerit: restituat duplicatum. Facta Carta apud Madrit. xvi. die Ian. Era M. CC. Sexagesima. Anno regni regis quinto. Et ego rex FF. sepedictus. hanc Cartam quam fieri iussi: manu propria roboro et confirmo. Et yo sobredicho Rey don ALFONSO regnant en uno con la Reyna donna VIOLANT mi mugier et con mi fija la Infante donna BERENGUELA en Castiella. en Toledo. en Leon. en Gallizia. en Seuilla. en Cordoua. en Murcia. en Jahen. en Baeça. en Badalloz. et en el Algarue. por el debdo que an los de Toledo comigo mayor que todos los otros omes de mios Regnos. et que e sabor de fazer les bien et merced et de leuarlos adelante: otorgo los priuilegios sobredichos et confirmolos. Et mando que ninguno non sea osado de yr contra este mio priuilegio en ninguna cosa. ca aquel que lo fiziesse aurie la yra de dios et yazria con Juda traydor en fondo de los infiernos. et demas pecharme ie el coto sobredicho. et a ellos todo el dano doblado. Ffecha la carta en Toledo por mandado del Rey. dos dias andados del mes de mayo. en Era de mil et cc. et lxxxx et iii. annos.

Don Alfonso de Molina la confirma. Don Frederic la confirma. Don Enric la confirma. Don Manuel la confirma. Don Ferrando la confirma. — Don Felip electo de Seuilla la confirma. Don Sancho electo de Toledo la confirma. — Don Iohan arçobispo de Santiago la confirma.

Don Abuabdille Abenazar Rey de Granada uassallo del Rey la confirma. Don Mahomat Abenmahomat Abenhut Rey de Murcia uassallo del Rey la confirma. Don Abenmahfot Rey de Niebla uassallo del Rey la confirma.

Don Aparicio obispo de Burgos la confirma.
Don Rodrigo obispo de Palencia la confirma.
Don Remond obispo de Segouia la confirma.
Don Pedro obispo de Siguença la confirma.
Don Gil obispo de Osma la confirma.
Don Mathe obispo de Cuenca la confirma.
Don Benito obispo de Auila la confirma.
Don Aznar obispo de Calahorra la confirma.
Don Lop electo de Cordoua la confirma.
Don Adam obispo de Plazencia la confirma.
Don Pascual obispo de Jahen la confirma.
Don frey Pedro obispo de Carthagena la confirma.
Don Fferrand Ordonnez maestre de la orden de Calatraua la confirma.
Diego Lopez de Salzedo merino mayor de Castiella la confirma.
Maestre Fferrando Notario en Castiella la confirma.

Don Nunno Gonçaluez la confirma.
Don Alfonso Lopez la confirma.
Don Rodrigo Gonçaluez la confirma.
Don Symon Ruyz la confirma.
Don Alfonso Tellez la confirma.
Don Fferrand Ruyz de Castro la confirma.
Don Pedro Nunnez la confirma.
Don Nunno Guillem la confirma.
Don Pedro Guzman la confirma.
Don Rodrigo Aluarez la confirma.
Don Fferrand Garcia la confirma.
Don Alfonso Garcia la confirma.
Don Diego Gomez la confirma.
Don Gomez Ruyz la confirma.
[illegible] Suarez merino mayor de Murcia [illegible]

Don Gaston uizconde de Beard la confirma. Don Gui uizconde de Limoges la confirma.

Roy Lopez de Mendoça almirante de la mar.
Sancho Martinez de Xodar adelantado de la frontera la confirma.
Aluar Garcia de Ffromesta la escriuio el anno segundo que el rey don Alfonso regno.

La Eglesia de Leon uaga.
Don Pedro obispo de Ouiedo la confirma.
Don Pedro obispo de Çamora la confirma.
Don Pedro obispo de Salamanca la confirma.
Don Pedro obispo de Astorga la confirma.
Don Leonard obispo de Cibdad la confirma.
Don Miguel obispo de Lugo la confirma.
Don Iohan obispo de Orens la confirma.
Don Gil obispo de Tuy la confirma.
Don Iohan obispo de Mendonnedo la confirma.
Don Pedro Yennego electo de Coria la confirma.
Don Ffrey (…) obispo de Silues la confirma.
Don Pelay (…) maestre de la orden de Santiago la confirma.
Gonçaluo Morant merino mayor del regno de Leon la confirma.
Don Garci Fferrandez Notario en Leon la confirma.

Don Rodrigo Alfonso la confirma.
Don Martin Alfonso la confirma.
Don Rodrigo Gomez la confirma.
Don Rodrigo Ffroylaz la confirma.
Don Fferrand Yuanes la confirma.
Don Iohan Perez la confirma.
Don Martin Gil la confirma.
Don Andreo pertiguero de Santiago la confirma.
Don Rodrigo Rodriguez la confirma.
Don Aluar Diaz la confirma.
Don Pelay Perez la confirma.
Roy Suarez merino mayor de Gallizia la confirma.